



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

In diebus Rogationu[m]. Eua[n]. Quis uestrum habebit. Luc. 11 Homiliæ
sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

VSUPER EVANGELII

LIVM FERIAE II. ET III.

Rogationum, Luca XI.



In illo tempore dixit
Iesus discipulis suis:
Quis uestrum habebit
amicum, & ibit ad illū
media nocte, & dicet il
li: Amice, cōmoda mi
hi tres panes, quoniam
amicus meus uenit de
uia ad me, & nō habeo
quod ponam ante illū.

Et ille deintus respon
dens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium
clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili,
non possum surgere & dare tibi. Et ille si perse
uerauerit pulsans, dico uobis, etsi non dabit illi,
surgēs eo quod amicus eius sit, propter impro
bitatem tamē eius surget, & dabit illi quotquot
habet necessarios. Et dico ego uobis: Petite, &
dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, &
aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: &
qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis
autē ex uobis patrē petit panē, nūquid lapidē da
bit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentē da
bit illi? aut si petierit ouū, nunquid porriget illi
scorpionē? Si ergo uos cū sitis mali, nostis bona
data dare filijs uestris, quāto magis pater uester
delestris de cælo dabit spūm bonū petētibus se?

Job. 19.
Isaie. 3.

Matth. 7.
Iacobi. 1.
Iohan. 16.

Cum iam discipulos suos, quid oraret docuisset dominus, deinceps orandi sedulitatem quoque & constantiam declarauit. & siquidem iam dies rogationum imminet, quibus orandum nobis est pro uniuersis tum periculis tum aduersitatibus ecclesie, in quem finem institutas habemus supplicationes, letanias, processiones, elemosynas & cetera opera bona, ad consequendam & impetrandam misericordiam dei, recte etiam hoc euangelium iam fidelibus proponit ecclesia, cuius nos contextum breuiter explicabimus. Quis uestrum habet amicum?

*Ecclesi. 6.
Hieronymus.*

Oh quam rara nunc est inter homines amicitia uera. uere thesaurum inuenit, quisquis amicum reperit fidelem. Atqui uera illa deum necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non presentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant, iuxta illud Sapientis: Qui timet deum, æque habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus illius.

Ecclesi. 6.

¶ Sequitur, Et uadit ad eum media nocte. Constans doctorum sententia est, amicum hunc deum & dei filium esse Iesum Christum, qui apostolos quoque suos uocauit amicos, dicens: Vos dixi amicos, quia omnia quae audiui a patre meo, nota feci uobis. sed neque nobis fidelior est amicus quisquam nec benignior Christo, qui nos omni tempore diligit, iuxta ueram amicitiae praescriptum, quisque animam suam posuit pro amicis suis. Ad hunc amicum ueniamus nos media nocte, hoc est, in medio tribulationis nostrae & aduersitatis. sicut enim uotorum locus maximus tunc est, cum spei nullus: ita cum adfigimur, ad dominum clamare mouemur, testante Dauide, Ad dominum cum tribulaueram clamauit. & Osea suffragante, cum in persona domini dicit, In tribulatione sua mane consurgent ad me. Neque male conuenit istud mediae noctis tempus ad orandum, sicut in canonicis quibusdam obseruatur, & non ignorauit hoc Dauid: In marutinis surgebam ad confitendum nomini tuo super iudicia iustitiae tuae. Ambrosius ait nos hic doceri omnibus momentis, nec diebus solum, sed etiam no-

Johan. 15

*Proph. 17
Johan. 15*

Psalm. 119

Osea. 6

Ambrosius.

tribus orare debere: quoniam uere liberalis & dare paratus est dominus, qui nocte etiam media dare non recusat: nec quisquam nobis est amicus Christo maior, qui animam quoque pro nobis exposuit.

2. ¶ Et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes. Panes ij tres, intellectum designant sanctæ & indiuiduæ trinitatis, uel etiam sublimes istas uirtutes, fidem, spem, & charitatem: quæ etiam significatæ sunt in historia Regum, quando Samuel dixit ad Saulē. Vbi ueneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres uiri ascendentes ad deū in Bethel, unus portans tres hædos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam uini. Quæres autem, quare cognitio trinitatis in panibus tribus designetur, eo ni mirum, quod illa pascimur & nutrimur. sic enim fides in patrem, sanat infirmitatem nostram sua omnipotentia: fides in filium, illius omniscientia inscitia nostræ medetur: ea autem quæ in spiritum sanctum habetur fides, bonitate sua nostram curat malitiam. Hæ illæ uirtutes tres sunt, quæ nobis quoque uirtutem & uitgorem tribuunt, nos illuminant & sanitatem præbent (hæc tu si uoles, extende quàm latissime, quia amplissima è in symbolis uia, cū posses hic plus quàm decem facere sermones de solis panibus) Amicus porro qui uenit de uia, ipse noster est animus, Beda. qui toties a nobis recedit, quoties ad appetenda terrena & temporalia foris uagatur: tandemque errabundus totus, cum reuertitur ex erroribus uiarum, & cupit pasci cibo caelesti, fatetur ipse se homo egenum esse & pauperem. siquidem per peccatum misere spoliatus est & priuatus omni gratia dei, uulneratus quoque in ipsis naturalibus uirtutibus. Si enim uerum est illud Christi uerbum, ut est Lucæ. 10. uerissimum, Quia nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum, nullus etiam peccator ex se solo potest resurgere, eo maxime, quod nos etiam sufficientes non sumus uel cogitare aliquid ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Si quando igitur animus hominis sic errabundus uagatur extra uiam, sicut Dauid errores suos confitetur dicens, Erraui, sicut ouis quæ periit, require seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus, tunc & deus amicum querit errantem, & per spiritum sanctum illum

1. Reg. 10

Bedæ

Lucæ. 10

Johan. 6

1. Corin. 7

Psalm. 118

- reducit domum, aliàs per tribulationes, aliàs fame, sicut istum filium prodigum. Ipse tamen torus homo ex se nihil habet, quod sibi proponit: quoniam & liberum istud arbitrium ex uiribus naturalibus nihil potest boni facere sine gratia dei. (contra Pelagianos) tantum igitur clamet ad deum, illius opem & auxilium impleret.
- ¶ Et ille deintus respondens, dicat: **Noli mihi molestus esse, iam ostium meum clausum est.** Amicus noster deus omnipotens, qui omnia habet per abundantiam, quamuis absconditus est & occultus, audit tamen & uocantibus se responderet, iuxta illud **Isaiæ**: **Tunc inuocabis, & dominus exaudiet te: clamabis, & dicet, ecce adsum, quia misericors sum dominus deus tuus.**
- ¶ **Rationem addit, cur non debeat sibi esse molestus, quia ostium meum clausum est.** Ostium, inquit **Beda**, est facrarum intelligentia scripturarum, quam sibi etiam aperiri desiderat **Paulus** ad eloquenda mysteria **Christi**. Et ostendit licet aquilam altissima nubium transcendente, cui clausa non fuit ianua ista, cum diceret uidisse se: & ecce, inquit, ianua aperta erat in caelo. **Hæc** nimirum ianua peccatoribus clausa est, ianua gloriae, ianua ista **Christus** ipse, testis **Iohanne**, ianua uerbi dei: quæ quàm misere nunc clausa est, & uix paucissimis patet hoc tempore inter tot hereses, quibus urgemur & circumdamur. Atque pueri, hoc est, homines puri, mundi & sancti, cum deo sunt in cubili: neque immerito pueri, quia sic dicit dominus: **Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum.** Et ut maxime isti non omnes sint in caelis, dum bona adhuc illorum pars uiuit in terris: nihil tamen uetat, quo minus conuersatione uiuant & sint in caelo, dicantque cum **Paulo**: **En conuersatio nostra in caelis est.** Atque huiusmodi de causis surgere ille non potest, & dare quod petitur.
- Theoph.** 3. ¶ **Theophylactus** mediam noctem dicit esse extremum uitæ, ad quod cum homines peruenerint, sensum boni accipiunt & ad deum festinant, panesque tres petunt, salutem corporis, animæ & spiritus, istorum enim interitum metuendus erat. & quamuis benignissimus sit dominus, simulat tamen se quasi non exauditurum, iubetque illum si-

hi molestum non esse. Cuius ratio altera hæc est, ut quod **Augustin.**
 petitur, maiori desiderio concupiscatur, quod aliàs cito da-
 tum uilescere poterat & contemni. nam qui sic petit, acci-
 pit utiq; sed tunc demum, cum debet accipere. sicq; quæ-
 dam non negantur, sed ut congruo dentur tempore, dif-
 feruntur. **Causa altera** assignari potest, q; hoc modo deus
 sedulos nos esse uult, & diligentes atq; in orando confiā-
 tes, & ut agnoscamus, quæ sit donatio dei, utiq; sic in ti-
 more illam cōserues. **Teret enim** ita fit, ut quod quisq; labo-
 re magno uix demum adsecutus fuerit, id etiam conetur
 seruare diutius & retinere firmitus, ne oleum & opera si-
 mul ei deperant.

Glossa dicit hic, quia non tollit ille nobis impetrandi
 possibilitatem, sed magis incēdere uult orandi feruorem, **Glossa.**
 dum difficultatē arguit impetrationis. **Quo nomine** cau-
 sas duas assignat: alterā, quia ostiū meum clausum est: al-
 teram, quia pueri mei mecum sunt in cubili. Tu ergo ne
 mihi sis molestus. Non desunt quidam adeo molesti deo,
 ut sua importunitate nihil neq; statim, nec aliquāto poss-
 impetrent, sicut de **Antiocho** scriptum est: **Orabat** scele-
 stus dominum, a quo non esset misericordiam consecutu **1. Mac. 9**
 rus. **Verum** de ijs aliās: nunc de ijs tantum loquimur, q; s
 exaudit quidem deus, sed tamen per ita eis differt, ut ardē-
 tius petant, iuxta illud **Davidis**: **Quærite deum & confir-**
 mamini, quærite faciem eius semper. **Vnde constat** ostiū **Psal. 104**
 hoc clausum, aliud sibi uelle quàm quæ apud **Matthæum**
 clausa est ianua, quam pulsantibus respondit dominus, **Matth. 19**
Nescio uos, illa enim in æternum clausa erat. at hoc ostiū
 sic tantummodo occlusum est, ut perseverantibus in ora-
 tione denuo aperiat. **Rectius itaq; conferri potest** ostiū
 illi arca **Noæ**, quod etiam foris clausit dominus: rursusq;
 aperuit, quando placatus iram abiecit super extinguen- **Sene. 7**
 do uniuerso orbe. **Clausio itaq; ostiū, & pueris secum in cu-**
 bili existentibus, respondet ille, quasi diceret, **Si & tu mū-**
 dus esses, mecum quoq; in cubili existeres. **Nunc autem**
 surgere non possum, scilicet commode, & e re tua, præci-
 pue uero si quis in extremo uitæ iam constitutus, pietatis
 suæ diuturnitate sarcire & rependere non possit, quod lō-
 go tempore neglexit.

4. ¶ At si ille sic perseverauerit pulsans, dico uobis, Et si non dabit illi surgens, eo q̄ amicus sit, propter improbitatem tamen eius surget. **¶** Si, inquit Beda, amicus homo surgit de lecto & dat, non amicitia, sed tædio compulsus: quanto magis dat deus, qui sine tædio largissime donat: quamobrem sic habet textus, si ille sic perseverauerit pulsans, ubi tu perseverantiam obserua in orando, sic enim quisquis perseverauerit usq̄ in finem, hic etiam saluus erit. Sic Paulus ait: In disciplina perseverate, tanquã filijs offert se deus. Augustinus quoq̄ sic inquit: Quando uenis ad tres panes, hoc est, ad cibum & intelligentiã trinitatis, habes tunc unde uiuas & pascaris, nec timeas tibi ut finias. panis enim ille non finietur, sed finiet egeitã tuam: discere & doce, uiuere & pascere. Propter improbitatem eius surget, & dabit illi quorquor habet necessarios. Sic Christus quoq̄ expectat & differt, cumq̄ petens in oratione perseverat, dat ille quã largissime. Nos igitur q̄ expectare decet, & sustinere patienter, iuxta illud quod Dauid docet: Expecta dominum, uiriliter age, confortet cor tuum, & sustine dominum. Perseuerare inquam debemus, & non deficere in oratione ad deum, sed subinde clamare: Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies? & nõ dormis? Surge inquam, & ne repellas in finem. Cur autem faciem tuam obliuisceris inopia nostrã & tribulationis nostrã? Sic quisquis in orando perseverat, impetrabit quod petit abundanter, tunc enim aperit ille manum suam, & implet omne animal benedictione.
- ¶ Pulchre hic nos admonet & hortatur Ambrosius ad perseverantiam orationis, eiusq̄ rei exemplar nobis proponit Dauidem, qui etiam cum petisset paucis media nocte, impetrauit illos petijt, dicens: Media nocte surgebam, petijt rursus, inquit: Lauabo per singulas noctes lectulum meum. Neq̄ metuit ille aut ueritus est, ne forte excitaret eum, sciebat enim ipsum nec dormire, neq̄ dormire et nos itaq̄ charissimi memores sacrarum scripturarum & promissionum dei, nocte dieq̄ oremus, ut peccatorum remissionem impetremus. Namq̄ si rex tantus multis & grauibus imperij sui negocijs occupatus, potuit tamen se
- Beda.**
- Matth. 12**
- Heb. 12**
Augustin.
- Psalm. 26.**
- Psalm. 27**
- Habac. 1**
- Psalm. 47**
- Psal. 144**
Ambrosi.
- Psalm. 118**
1.6.

pres in die uacare precibus, sedulus obseruator matutina
 rum & uespertinarum orationum: quid nos facere oportet
 rebit, qui eo saepius orare deum debemus, quo crebrius
 peccauimus, ut sic dum defessi sumus, panibus illis reficia-
 mur: Quid quod non nocte tantum, sed in singula etiam mo-
 menta uegetos ac uigiles nos esse iubet dominus & uigi-
 lare, ut siue in secunda, siue in tertia uigilia uenerit domi-
 nus, inueniar nos uigilantes: quia o beatos & uere felices
 seruos, quos ueniens dominus inueniet uigilantes. Et ec-
 ce hic praecipuum datum uobis saepe multumque orandi,
 unde spes bona sit impetrandi petitum. Omnino enim sic
 est, rogari uult deus, rogatusque in nulla uos necessitate &
 tribulatione constitutos deseret. atque ut maxime dare dis-
 ferat, non tamen destituet in finem. sic David clamauit
 ad dominum, In te domine speraui, non confundar in a-
 ternum, in iustitia tua libera me. Sane non derelinquet nos
 deus, qua est in suos omnes misericordia & clementia, cla-
 mantes, & ex roto corde pulsantes exaudiet nos, & gra-
 tiam simul dabit & gloriam, Amen.

psalm. 118

Luc. 12.

psalm. 30

psalm. 33.

POSTERIOR HOMILIA SVPER

*Euangelio in diebus rogationum
 legi solito.*

Christus discipulos suos postquam orare docuisset,
 statim sedulo & perseveranter monuit orare, pro-
 posita in hoc parabola cuiusdam, qui ex amico pa-
 nes tres petens nocte media, tandem impetrauit. Unde ex-
 emplum datur nobis sedulo, constanter & perseveran-
 ter orandi, ut sic tandem exaudiamur, iuxta illud prophe-
 ticum: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis
 silentium ei, donec stabiliat & donec ponat in Ierusalem
 laudem in terra. cui conspirat quod legitur alibi, Si quaesi-
 eritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, dere-
 linquet uos. Et hoc est quod nobili isto epiphonemate con-
 cludit dominus Ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis;
 quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Quae
 ne uerba, ut habent intellectum, ita plurimis alijs scriptu-
 M

Isaie. 62

1. par. 15

rarum locis illustrari possent: quibus tamen superfederit
 tes, breuiter tantum explicabimus hunc quem in mani-
 bus habemus locum. Principio hic dominus nos hortatur
 & iubet petere, deinde impetrandi fiduciam ingerit. **Quid**
 autem discriminis inter sit inter petere, quærere & pulsa-
 re, alij aliter distinguunt, nos breuiter hoc uobis dabim^{us}.
 Sunt qui sic explicent: **Petite** remissionem peccatorum, &
 rite gratiam dei, **pulsate** ad gloriam sempiternam. **Vel**,
petite sapientiam ad intelligendum, **quærite** gratiam ad
 operandum bonum, & **pulsate** ianuam cæli ut ingredia-
 mini illam. **Glossa** sic habet: **Petite** orando, **quærite** ope-
 rando, & **pulsate** perseuerando. **Vel** sic, **petite** in oratio-
 ne, **quærite** ieiunijs, **pulsate** elemosynis. **Possent** omnia
 hæc in immensum tractari, sed mitto persequi singula,
 quia non est operosum longissime isto modo expatiari.
Breuiter, petimus, dum oramus: quærimus, cum diligen-
 ter insistimus orationi: per quam quisquis ianuam inue-
 nerit uitæ & salutis, quid cunctabitur pulsare? **Iniriū** uir-
 tutis & magnus ad illam gradus est, cupere sibi uiam ueri-
 tatis innotescere: qua cognita, statim quærenda est semita,
 qua ad illam perueuiat: ratio inquirenda, qua uiam istam
 ingrediatur: sicq; acquisita uirtute, pulsandum tandem est
 ostium, quo cælum ascendat.

2. **¶** Deinde fiduciam in nobis confirmare uolens,
 subdit: **Omnis** qui petit, accipit. **Quæ** esse debeant bonæ
 orationis leges & conditiones, suo loco audietis: hic tan-
 tum magnificentiam nescio dicam magis an munificen-
 tiam dei admiremur, qui neminem frustra petere sinit,
 iuxta illud **Marathia**: **Cogitate** per generationem & ge-
 nerationem, quoniam omnes qui sperant in eum, non in-
 firmantur, & secundum istud **Joelis** uaticinium, quicun-
 que inuocauerit nomen domini, saluus erit. **Sed** & quilibet
 dominum ab ijs qui quærunt illum. **Nec** aliquam excusa-
 tionem habebunt neochristiani, dum uidentur sibi bene
 facere noua subinde constituendo, siquidē si & ipsi fidem
 ueram & ueritatem quærerent, inuenirent utiq;. **Verum**
 omnis eorum cogitatio praua est, animus iniquus, & omni-
 no mali corui ouum deterius, quia nihil habent antiqui,

1. Mac. 2

Joel. 2

Sapient. 1.

quàm bona ecclesiastica quacunq; ui & iniuria sibi uendq; care. unde & qd quæunt, inueniunt, pios homines & religioſos eludunt, monachos cõtempri habent, ceremonias ſpernunt: & quantum in ipsis eſt, diſciplinam omnẽ ac honeſtatem euertere nitunt. dehinc cum hanc ſuam uiam ſirene & ſoltiter ingreſſi ſunt, fores pulſant inferorum, ibiq; iutromittuntur: quia purgatorium nullum habent, qd ſibi iam dudum expugnãſſe uident. Non ſic autẽ catholici, qui deum ſedulo precantur, illumq; diligenter inquirunt, & perſeueranter pulſant. Omnia autem hæc eo faciunt, ne unquam in orationibus noſtris deſiciam⁹, neue ceſſemus, ſi modo exaudiri cupimus, illumq; inuenire, qui tandem portas nobis aperiat honoris & gloriæ, dicente per Ieremiam domino: **Inuocabitis me, & uiuetis: Jeremi. 29.** & adorabitis me, & exaudiam uos: quæretis me, & inuenietis, cum quæſeritis me in toto corde ueſtro.

1. Aliam porro parabolam inducit dominus de oratione, & dicit: **Quando inter homines, quorũ ſenſus uniuersus ex natura in malum pronus eſt, parentes tamen nõrunt bona data dare filiis ſuis, neque pro bonis mala dant petentibus, quanto magis pater ueſter cæleſtis, qui & eſſentialiter & ſolus eſt bonus, nouit bona dare filiis ſuis petentibus ſe? Et cum pater corporalis mala pro bonis nõ det, quanto minus faciet deus, qui quanto nos chariores habet, quàm quiſquam parentum filios ſuos? Mitto q; deus magis nobis pater eſt, ut qui & animam dederit (q̃n to autem hæc corpore eſt præſtantior?) quàm aliquis pater liberis ſuis. Taceo quod omnis ſuſtentatio noſtra ex deo eſt, baptiſmus quoq; ex illo. penes ipſum redemptio eſt, ab eo ſacramenta omnia proſmanant. Vnde cum ille redemptor, cõditor cõſeruatorq; nobis ſit & ſaluator, imenſum eſt quo ille propinquior nobis eſt patre carnali, quo nomine etiam magis bona dabit nobis petentibus, ſe quàm hic faciat.**

Facile deinceps collectu eſt, quomodo tria bona quæ petunt, hic dominus proponit & tria mala, quæ auerſant omnes & abhorrent. Bona ſunt, panis, piſcis, & ouum,

M ij

- Aug. II. 2.** mala rursus, lapis, serpens & scorpio. Vtiq; omnia illa
 ca. 22. de dei patris sapientia **Christus**, temere hoc nō dixit. ait em,
 q. euan. **Quis** ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidē dabit
 illi? **Mystice** panis hic charitatem dei representat: quia
Psalm. 103 sicut panis, teste **Dauide**, cor hominis confirmat, ita cha-
Cant. 8. ritas dei animā. Fortis enim ut mors dilectio. Deinde sic
 ut panis quibus cōmunis, prācipuus tamen est cibus, cū mi-
 fera sit mensa alijs etiā lautissima quæ pane caret, ita cha-
 ritas etiā p̄cipua quædam & uelut antesignana est uirtu-
 tum omnium, sine qua cæteræ nihil sunt, quia spirituales
1. Corin. 13 non sunt. sic **Paulus**, **Maiores**, inquit, horum charitas est. Si
 linguis hominum loquar & angelorū, charitatē autē non
 habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalū tinniens.
 Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, &
 omnem scientiā, & si habuero omnem fidem, ita ut mō-
 tes transferam, charitatē autē non habeam, nihil sum. En
 hic panem tibi prāclarum & calentem charitatis diuinæ,
 quem corā deo proponere debemus, sicut in historia **Re-**
gum legitur, propositos esse panes calidos ante faciē do-
 mini. Panis hic sanctus, est panis sanctuarij, cuiusmodi se
2. Reg. 21 tantum habere professus est **Abimelech** ad **Dauid**. Panem
 hunc petamus à deo patre nostro cælesti, & non dabit no-
 bis lapidē, lapidē inq; duri cordis, quod charitati aduersat,
 quæ cor emollit. Nos autē si lapidem istiusmodi habueri-
 mus in cordibus nostris, age age oremus deum, ut ille di-
Matth. 4 cat lapidibus istis, quatenus panes fiant, sicut per prophe-
Jezeq. 34. ram iam olim, p̄misit, ablatum se cor lapideum, & pro
 eo daturum aliud carneum. sic **Iohannes** dixit, ea esse po-
 tentia deum, ut etiā ex lapidibus filios **Abraæ** facere pos-
Matth. 3. set. Panes itaq; petamus, nō lapides: & si qui nos quoq; in
 uia offendant lapides, istos abiciamus, iuxta id quod **Je-**
Jeremi. 50 remias clamat: Tollite de uia lapides, lapides peccatorum.
Beda. Secundo loco piscem proponit dominus, qui fidem uerā
 & non fictam designat, ubi pulchram habet **Beda** expositi-
 onem, superiorem etiā illa, quam **Augustinus** dedit,
 ait enim, Quomodo piscis sub tegumento aquarum na-
 scitur, uiuit, alitur: sic & fides, quæ in deum est, quæ alte-
 rius uitæ gaudia per lamenta præsentiū fletusq; requi-
 rit, inuisibiliter in corde gignitur inuisibili gratia, speci-

es per aquam baptismatis cōsecratur inuisibili auxilio di-
 uinæ protectionis. ne deficiat, nutritur inuisibilem præ-
 miorum intuitu, quæ t̄ bona ualer operatur memor illi-
 us. Adhæc pisces isti in aquis scripturarum inueniuntur:
 & sicut pisces procellæ maris feriunt, ita fidelis tribula-
 tionibus mundi huius exagitur, iuxta illud uerissimum
 urique ueritatis ipsius uerbum, In mundo pressuram ha-
 bebitis: confidite tamen, quia ego uici mundum. **Piscis** q̄-
 que dum coctioni paratur, prius desquamatur: & fideles si
 beatitudinem appetunt, omnem oportet istam squamo-
 sam fidei imperfectionem abijciant, sicut Paul⁹ ait: **Cum**
 uenerit id quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte
 est. tunc enim apertus erit diuinæ essentiæ intuitus & nō
 amplius uelatus. Et quā salutaris bonusq̄ est piscis ue-
 ra fidei, tam rursus malignus est corruptæ infidelitatis
 serpens, quā primo etiam homini inspirauit astutissim⁹
 & perditissimus serpens, teste Paulo cum dicit: **Timeo au-**
 tem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrup-
 pantur sensus uestri, & excidant à simplicitate, quæ est in
 Christo Iesu.

Johan. 16

1. Corin. 13

2. Corin. 12

4. ¶ Tercio loco oui exemplum proponit dominus,
 quomodo spes nobis significatur. siquidem in ouo uelut
 sepulta spes later uolitantis pulli, quamobrem & spem si-
 gnat felicitatis æternæ. Ouum enim est columbæ, in cui⁹
 specie apparet spiritus sanctus. columba autem nidificat
 in cauernis petrarum, hoc est, in uulneribus Christi: & in
 foramine muri, hoc est, in latere Christi, oua ponit: & sic-
 ut testa oui tegit quod speratur ex illo, ita ibi nobis quā
 speramus, later uita æterna. Contra autem scorpio uene-
 natus opponitur illi, qui cauda pungit, & desperationē
 representat, qua finem inficit, dum illius desperationem
 inducit. Si ergo uos cum sitis mali, dicit domin⁹. Non sic
 tamen, quod dominus hoc dixerit de apostolis, ait Hiero-
 nymus, sed totum hic genus humanum intelligitur. nec
 mirum est, quod homines huius mundi malos appellat,
 cum etiam sanctus Paulus dicit, redimentes tempus, quo
 niam dies mali sunt.

Hierony.

¶ Amatores ergo mundi malos hic uocant, qui tamen
 cum nōrint bona dare filiis suis, quanto magis pa-

- ter celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Vbi & spiritum sanctum bonum esse arguit, & bonorum omnium datorem, teste Dauide: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. & Sapienter, cum ait: O quam bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis,
- Psalm. 142.**
Sapient. 2.
- ¶ Admonitos itaque ego hic uos uolo charissimi in domino, ut oretis sedulo non hoc tantum triduum, sed (ut ait Paulus) sine intermissione. Oremus ijs maxime tam periculosis temporibus, & procidamus coram domino, ploremus coram illo qui fecit nos, ut aliquando exaudiamur. quæramus dominum & faciem eius semper, ut tandem inueniamus. expurgate in uobis omnes sordes corporis & animæ. soli quippe mundi deum uidebunt, mundorum corde illum intuebuntur. Orantes autem petamus à deo iustitiam regni sui, fidei, spei & charitatis constantiam inconcussam. Namque & iustus ex fide uiuit, & misericordia circumdat omnes sperantes in dominum, & plenitudo quædam legis est dilectio. Quotiescunque igitur à deo charitatem petimus & dilectionem, toto corde clamantes ad illum, Panem nostrum quotidianum domine da nobis hodie, non est quod metuamus ipsum pro panibus daturum nobis duritiam cordis. Dum ab eo petimus constantiam fidei aduersus impetum & insultum diaboli, dicentes: Domine, adauge nobis fidem, nihil est quod putemus eum permissurum nos mergi, & ueneno perire infidelitatis. & sic quoque cum spei firmitatem precamur. Quid multa? quandocunque illum pro nostris & totius ecclesiæ aduersitatibus precamur, consolemur nos ipsos illo uerissimo dicto Iohannis: Hæc est fiducia quam habemus ad deum: quod cumque petierimus secundum uoluntatem suam, audit nos. Oremus itaque dominum, ut gratia spiritus sui inducat nos in uiam ueræ fidei, quæ per dilectionem operatur. Et ut illud facilius impetremus, sic uiuamus, ne simus degeneres & tanto patre indigni filij, sed innocentiam quam in baptismo Christi accepimus, filij dei facti, immaculato corde & corpore conseruemus. Certum enim est, quia si altissimi patris mandata custodierimus, æternæ benedictionis hæreditate remunerabit ille nos, quam iam olim præparauit nobis per dilectum filium suum dominum nostrum
- 1. Thess. 5.**
- Psalm. 94.**
- Matth. 5.**
- Habac. 2.**
Psalm. 37.
- Matth. 6.**
- Luc. 17.**
- 1. Iohan. 5.**
- Galat. 5.**

Iesum Christum, qui tecum, o pater, uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

HOMILIA QVARTA DE CON
ditionibus, uirtute &
efficacia pie
orationis.

Oportet semper orare & nunquam deficere **Lucæ. XVIII.**

Rem sane præclaram & magnam esse oportet orationem, quæ & deo tantopere placet, & demones omnes fugat, propellit ac coercet. Nanque Christus etiam sollicitè adeo illam docuit & præcepit, atque adeo opere ipso expressit: & quotquot tum in nouo, tum ueteri testamento amici dei habiti sunt, illam excoluerunt, ut qui maxime: totaq; deinceps ecclesia usum orandi sacrosanctum adsumpsit, & in hunc usq; diem retinet. Deinde tam multa & magna uirtute orationis facta sunt miracula, ut mirum dictu sit, quàm eximia res sit oratio: in qua, quisquis pius est, frequentissime, imò semper se exerceat, ut uere Christianus inueniatur. Tu ubiq; uiam consule scripturam, & uidebis quàm continuus fuerit in orando dominus. dimissa enim turba populi, solus secessit in montem orare, aliàs etiam in desertum. Refert **Matt. 14** etiam **Lucas** Christum in montem ascendisse oratum, ibi **Lucæ. 5. 6** que pernoctasse in oratione. Transfigurans quoq; se coram **Matt. 17** discipulis, ascenso monte orauit: & dum oraret, transformatus est in conspectu illorum. Appropinquante deinceps tempore passionis, secessit in montem Oliueti: & precipiens in terram, pronus orauit: **Lucæ. 22** Transseat, si uis pater a me calix iste. sicq; dum esset in agonia, prolixius orauit. Cum ergo Christus nullus orationis indigus, tantum in exemplum nostru roties orauerit, omnisq; Christi actio nostra sit instructio, merito quilibet Christianus Christi dñi sui insites uestigijs, uitæ illius se q; cõformẽ exhibeat, seduloq; obseruet, q; tã multis locis pcepit dñs, & hoc pcepte quod supra adduxim, oportet semper orare & nõ deficere.

Super his uerbis alijsq; dicendis, ne quicq; te mere & infragiferum nobis excidat, spūs sancti gratiā imploraturi, orationem dominicā cōiunctis animi uotis simul oremus, dicentes: Pater noster qui es in cælis &c.

EVANGELIUM

IOHANNIS XVI. VEL IL-
lud superius, Luca. XI.

VIDE DOMINICAM PROXIME

precedentem, & homilias serię III.
atq; inde adduc quædam de
necessario oratio-
num usu.

HOMILIA I.

Magnum est re uera charissimi, quod nō ipse tū-
tum Christus sedulo orauit, uerum etiā suos
orare tum docuit tum præcepit: neq; id absur-
de, quādo discipulos quoq; suos præcursor Christi Iohan-
nes orare docuerat. quod hinc patet, quia ad Christū quē-
dam discipulorum uenisse legimus & dixisse: Doce nos o-
rare domine, sicut & discipulos suos Iohānes docuit. Quid
autem ille eos orare iusserit, expressum in scripturis non
habemus. Christum tamen euangelistæ testantur docu-
isse suos orare orationem illam, quæ proinde dominica
dicitur: Pater noster qui es &c. Tanta etiā diligentia ora-
re ille suos docuit, ut uix aliud sit opus, in quo sedulo ad
eo nos instruerit. Nā & illud docuit, quid ubi, qñ, quō &
cur orare debeamus. Itaq; qd tam diligenter ille instruit,
nos negligenter ne discamus, quando turpe futurum est,
si & minus studiose & rarius nos faciamus istud, in quo se
ipsum dominus noster & magister tam iugiter exercuit.

¶ Et hoc est quod ubiq; orationis laudes tantopere ex-
tollūt sacræ literæ, ita em de Iob legit, Iob seru^o me^o ora-

Lucę. 11.

Matth. 6

Lucę. 11.

Iob. 42

bit p nobis. faciem eius suscipiã, ut nō uobis imputet stul Eccl. 18
 titia. Quō etiam facit illud Sapientis, Nō impediatis ora-
 re semper. Et non dissentit ab eo Thobias, Bona est ora- Thob. 12
 tio cum ieiunio & elemosyna, magis quã thesauros au-
 ri recondere. Sed & Elachim sacerdos circumfrens omnē Judit. 4.
 Israel, sic alloquutus est eos: Scitote quoniã exaudiet do-
 minus preces uestras, si manentes permanseritis in ieiun-
 nis & orationibus in conspectu domini. Memores estote Exodi. 17
 Moyli serui domini, qui Amalech confidentem in uirtu-
 te, potetta, exercitu, & clypeis & curribus & equitibus suis,
 nō ferro pugnãdo, sed p̄cibus sanctis orãdo deiecit. Præ-
 terea regi q̄q̄ propheta David tãtope oratiōis laudes ex Psal. 144
 tulit, ut diceret: Voluntatē timentū se faciet dñs, depreca-
 tionem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Et in alio lo-
 co: Orabo ad te, mane exaudies uocem meam. Psalm. 5.
 ¶ Quoties autē nos orare iusserit dominus, multis locis
 testantur euāgelistæ. Sic enim apud Matthæum legimus: Matth. 13.
 Videte, uigilate & orate, quoniã nescitis quando tempus
 sit futurum. Apud Lucam dixit illud, unde exorsi sumus Luc. 18
 primum: Oportet semper orare & nunquam deficere. Et
 inde, Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeami-
 ni fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium
 hominis. Et infra, Vigilate & orate ne intretis in tentati-
 onem. Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma. Luc. 21.
 Petrus quoq̄ unanimes nos esse iubet in oratione, & uigi-
 lare in eadem, idq̄ adeo in spiritu & ueritate. Et Paulus
 sic ait: Sēper gaudete, sine intermissione orate, in omni-
 bus gratias agite. hæc est enim uoluntas dei in Christo Ie-
 su in omnibus uobis. atq̄ iterum, Nihil solliciti sitis, sed
 in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actio-
 ne petitiones uestre innotescant apud deum. Et ad Ti-
 motheum: Volo uiros orare in omni loco, leuãres puras
 manus sine ira & disceptatione. Sic Iacobus etiam de ora-
 tione multa scribit, & sedulam cuiusq̄ iusti plurimum cō-
 mendat, atq̄ ea omnia exemplo Eliæ confirmat. Quod si
 igitur tantopere in nouo simul & ueteri testamento nō
 tantum commendatur, sed & præcipitur oratio, usq̄ il-
 lius declaratur, quisq̄ pro se uideat, quantam diligentem
 pietate deum sedulo precari debeat.

2. **N**ecq; uero uerbis tantum, sed opere ipso ab omnibus amicis dei orationis euidentia est comprobata. Emitto hic quidem breuitatis studio illos, qui in ueteri testamento deum deprecari sunt, Abraamum aliosq; patriarchas. **T**aceo Moysen, **D**auide, **S**alomonem, **M**anasse, **D**anielem &c. **N**ecq; in nouo testamento **A**nnam commemo-
Luce. 1.
Actu. 1. 4
moro uiduam, & Mariam matrē Christi, aliosq; q unanimiter omnes perseverantes erant in orationibus. **P**etrū tacere non possum, cuius exemplum summopere placeat, quoniam certis temporibus in penetralia ædium secedebat oraturus. huiusmodi rebus abundant omnes penē de omnium sanctorum uitae historia.

Cum primis uero ad precandi sedulitatē moueant nos immensi fructus orationis, quos omnes hic commemorare nimis longum esset: tantum hoc pro confesso ponimus, longe & plurimas & maximas esse orationis utilitates, quoniam omnes sancti in quibuscunq; aduersitatibus suis ad deum sese conuerterunt precibus p̄is. **Q**uid quod ingruere nihil potest tam durum aut arduum, ad quod sancta non faciat oratio: siue enim bella irruant, siue anno-
2. Par. 20.
3. Reg. 7
Josue. 10
1. Reg. 1.
Exodi. 17
4. Reg. 29
4. Reg. 19
no: rursus orauit, & pluit. Orauit etiā Josue, & sterit sol, ut posset persequi inimicos suos. Anna sterilis orauit deū, & statim imprægnata peperit Samuelem. Amalech pugnavit cum Iudæis, & uicit. orate autem Moysē, manusq; suas eleuante ad deum, præualuerūt Israelitæ. Iezechia: de nunciārat iam mortem propheta Isaias, uerū ille nil motus isto uaticinio, deprecatus est dominū, & adiecti sunt uitæ suæ anni quindecim. Præterea irruente rege Sennacherib in terram Iudæorū cum manu fortis, rex Iezechias ascendens in templum, orare cepit dominum, & exauditus est: statimq; per angelum de exercitu Sennacherib caesa sunt centum octogintaquinque millia hominum. Sic quoq; si per singulas scripturæ sacræ, & omnium sanctorum uitæ curramus historias, inuenimus tantam orationis effi-

caclam. ut dicere possemus facile omnipotentem esse illā,
per quam mire adeo deus operatur. Ne itaq; uos illam au
xiliatricem tantam in necessitatibus uestris cōtemnatis,
sed quicquid uobis aduersum, durum, graue, periculosum
acciderit, statim ad deum currite, clamate, & orando per
seuerate: neq; deseret ille uos, iuxta illud Iudæ Macha
bæi: Clamemus nunc in cælum, & miserebitur nostri de- *r. Mac. 4.*
us noster. sæpius enim ille expertus est magnam ora
tionis uirtutem, qui aduersus Timotheū quoq; pugnans,
clamantibus ad dominum Iudæis, triumphauit. Notatu *r. Mach. 5.*
dignū est, qd legit *S. Martinū* in mortē usq; inuictum ab *S. Marti.*
oratione spm̄ nō relaxasse. Perinde pulchrū ē, quod sanct⁹ *S. Paul⁹.*
Paulus eremita iā defunct⁹, a *S. Antonio* inuentus est in ar
borem declinans, aperto adhuc ex oratione ore, expan
sisq; in cælum manibus, ut dubium nō sit, illum adhuc orā
tem simul cum oratione spiritum deo tradidisse. O felicē,
ō sanctam, o pulcherimam mortem, orationi immori, sic
ut & Christus in cruce mortuus est, patri cōmendans spi
ritum, totumq; Psalmum perorans. Ecce autē tu quoq; *Psalm. 42.*
oratione baptizaris, oratione sepeliris, oratione dum ui- *Luc. 23.*
uis, suscitaris. ideo enim coram morituris oramus, ut sic
omnes moriantur ad exemplum Christi quā proxime
accedentes, omniumq; fidelium animæ piarum precum
alijs adiutæ, quamprimum euolent in cælum: unde pius
ille & sanctus promanauit usus, ut etiam coram defunctis
Psalterium decanteretur.

3. Neq; paruo hoc nobis esse solatio debet, quod pre
ces nostras nō ipsi tantum, sed & nomine nostro sancti an
geli offerunt deo. Creditote igitur uobis iam per istos ro
gationum dies orantibus angelos dei adfistere, uestrasq;
preces offerre in sublime altare maiestatis diuinæ. Sic an
gelus dixit ad Thobiā: Quādo tu cum lachrymis orabas, *Thob. 11.*
& mortuos sepeliebas, ego oratioēs tuas obtuli domino.
Sic Iohannes inter cætera uidit 24. seniores habentes phi *Apoc. 7.*
alas aureas, plenas odoramētis, quæ sunt oratioēs sancto
rum. Sic Danieli pces suas angelus obtulit domino. Quæ *Danic. 10.*
nunc quoq; peculiaris est lætitiā & exultatio angelo tuo,
cui custodia tui demandata est, ut quicquid uel oras uel
cæterorum bonorum facis, ille offerat in conspectu do
mini, non secus quā **CHRISTVS** ecclesiæ suæ preces se

dulo offert deo patri. Quod si autem hoc in singulorum hominum priuata oratione euenit, quanto magis in illa communi & publica precatione totius ecclesie, quam ministri ipsius exoluunt sacerdotes? neque enim illi horas suas sibi tantum perorant, sed pro catholica ecclesia. Adeo magni refert, si quis sacerdos, maxime uero animarum curator horas suas negligit: sicq; non se tantum, sed subditos omnes, totamq; adeo ecclesiam priuat commodis orationis sue. Neq; me interim later communem orationem dici, quae ab uniuersali congregatione alicuius ecclesie (sicut nunc per dies rogationum) fit, siue dum sanctis diebus conuenimus ad preces mutuas & publicas. Quae tamen nunc, proch dolor, negligenter in ecclesia exercentur: dum pleriq; aut non conueniunt, aut ad primum aspectum, uelut lupo uiso, resiliunt: aut si qui sunt, qui ad tempus manent, sunt tamen paucissimi, isti uel blaterant, uel in utraq; dormientes aures, stertunt profundum. Ut itaq; illius etiam rei rationem habeatis & modum, quando haec non parua Christianae disciplinae pars est, atq; ut non per hoc triduum tantum, sed omnibus etiam alijs diebus festis tales uos exhibeatis quales oportet, in id omne quam paucissimis uobis expediam.

¶ Et primum quidem omnium, orationem illam qua Christus sancte usus est, non decet quemquam negligenter ab soluere, eo quod istam Paulus quoq; serio docuit, ecclesie martyrum sedulo obseruauit: & tota deinceps iam in de temporibus apostolorum ecclesia catholica in missa, & alijs sanctis ritibus constantiter retinuit ad haec nostra secula usq;. Christum autem ea usum esse testatur Iohannes, qui post illum prolixum & magnificum sermonem, quem discipulis suis habuit iam iam abiturus in supplicium mortis, ita serio & graulter orare cepit, ut oratio illa exemplum esse merito debeat, & forma orandi totius ecclesie. Hinc fuit etiam quod ad finem sermonis semper orare debemus, sequentes in hoc uestigia Christi. Singula porro illius orationis membra prosequi nimis longum foret, quae illam toto capite 17. descripsit Iohannes, sicq; exortitur: Subleuatis oculis in caelum, dixit. Unde colligitur quo quamq; decenti gestu fieri debeat oratio, ne rudis et

Johan. 17
Johan. 14
15. 2 16

Et nimium, sed honesta, sed pia, sed huiusmodi quæ alio-
 rum etiam moueat adfectus: quia sicut hic CHRISTVS, **Actu. 7.**
 ita Stephanus quoque oraturus intendens in cælum, ui- **Dante l. 13.**
 dit maiestatem dei. Sic etiam Susanna dum ad lapides du-
 ceretur, quibus iaiā obruenda erat, sensus suspexit in cælū,
 quoniam fiduciam habebat in domino. Sanctus Martinus
 iam extremo confectus, oculis tamen & manibus in cælū
 erat semper intentus, dum orabat. Et piū itaq; est &
 honestum, uirum orare uolentem, aperto capite esse, iu- **Chrysost.**
 xta illam Pauli doctrinam: Omnis uir orans aut prophe- **1. Corin. 11.**
 tans uelato capite, deturpat caput suum, non ergo debet
 uir uelare caput suum, quia imago & gloria dei est. San-
 cta quoq; & pia obseruatio est, genua flectere dum oras.
 idē & Christus fecit, flexis genibus orans, aliās etiā in fa- **Luce. 12.**
 ciē prolapsus, in terrā usq; ut ait Marcus. Sed & ad Chri- **Matth. 26.**
 stum penē quotquot uenere, in terram prociderunt, ut **Marci. 14.**
 Petrus à piscatu, & ille qui lunaticum adducebat, leprosus **Luce. 5.**
 apud Marcum. Paulus quoque, ut ipse testatur, inquam: **Matth. 17.**
 Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini no- **Ephē. 3.**
 stri Iesu Christi. per prophetam quoque dicit dominus, **Isa. 45.**
 Mihi curuabitur omne genu. sed & Daniel in singulos di-
 ester genua flectebat in oratione sua ad deum & ciuita-
 tem sanctam Ierusalem. similiter & Petrus dum oraret. **Daniel. 6.**
 Neq; male decet orationem piā pulsus pectoris, quo no-
 mine publicanum commendat dominus, quod ille etiam
 reueritus oculos in cælum tollere, tantum tūdē pectus, **Actu. 9.**
 dixerit: Deus, propitius esto mihi peccatori. Sic qui Chri- **Luce. 18.**
 stum in cruce morientem uidebant, tundeant pectora **Luce. 23.**
 sua. Eo pertinet extensio manuum uel in altum, uel in
 modum crucis super terram: quoniam huiusmodi gestus
 omnes animum incendunt, & affectum simul cū corpo-
 re erigunt in deum, humilitatem partunt, qua uel maxi-
 me mouetur deus, & ad exaudiendum redditur facilior. **1. Tim. 2.**
3. Esd. 9.
1. Esd. 9.
 Sic Paulus uult uiros orare in omni loco, & leuare puras
 manus ad deum. Neq; aliter fecere Iudæi coram Esdra, ele-
 uantes enim manus suas, prociderunt in terram, & ado-
 rauērunt dominum. Esdras quoq; ipse, extensis ad deum
 manibus, orauit. Eodem pertinet istud Dauidicum: In no-
 mine tuo leuabo manus meas. & iterū illud, Dñe, ad te cla-

Psalm. 61.
Psalm. 87

Matth. 26
Judic. 9
Luce. 8
Johan. 9
Luce. 3

maui, tota die extendi ad te manus meas. In hunc modum sacerdotes, totusque populus, mulieres & uirgines eleuabant faciem suam in cælum, & adorabant deum in cælis, CHRISTVS quoque orans procidit in faciem suam. similiter & Iudith, & mulier quæ tetigit fimbriam uestimenti dominici, & cæcus cui uisum CHRISTVS restituit, leprosus quoque & complures alij. Atque hæc omnia profusius paulo uobis libuit narrare, de externo gestu in oratione seruando, quem neochristiani, ut alia pleraque, immerito cõtemnunt, contra tam aperta sacra scripturae testimonia, contra apostolos, ipsiūque adeo CHRISTVM dominum. Vos autem ut uere catholici & Christiani homines, nolite tam sacras ceremonias, ppter impuras hereticorum calumnias intermittere. Quin potius CHRISTVM sequimini & sanctos illius amicos, quàm hereticos istos. Quisquis uestrum, uelut uni sibi, pprie dictum, credat illud: Exemplum dedi uobis, ut sicut ego feci, ita & uos faciatis. Ita nos CHRISTVS adiuuet ad cõsequendam uitam æternam, Amen.

HOMILIA SECUNDA DE IMMENS
sa uirtute orationis.

Oportet semper orare, & nunquam deficere, Luca XVIII.

VT magis ad publica hæc & annua rogationū suffragia moueamini, charissimi, dixi superius id ipsum a CHRISTO, apostolis & uniuersa deinceps usurpatum esse ecclesia: ubi abduxit quidem nos a ceptiua paululum Iohannes, dum eleuatis primum oculis orasse Christum refert: sed tamē salutaris hic nobis fuit excursus, quoniam sic in amplissimū scripturarum campum deducti sumus, simulq; contemplari quātum externi illi in orando gestus, orantem deceant & ornent. Nunc uero obseruatis quidem ijs, non penitus tamen intermitamus quod primum statim dicere cœpimus: quin poti⁹ ad institutum, unde paulisper digressi sumus, reuertamur: dica-

vauſq; Chriſtum poſt vltimum illum ſuum ſermonem, ge-
 neralem feciſſe orationem ea maſtitate, tanto ſerio, ut
 uix unquam antea. primum enim grauitate ꝑ ſe ipſo, dein
 de ꝑ apoſtoliſ, mox & ꝑ fidelibus, tandem ꝑ electis
 omnibus patrem ſuū deprecatus eſt. & principio ꝑ ſe ſic
 orditur: **Pater**, uenit hora, clarifica filium tuū. ꝑ apoſto-
 lis autem orans, ait: **Pro ijs quoque rogo**, quos dediſti mi-
 hi. **pater** itaq; ſancie ſerua eos, quia tui ſunt: ſerua inquam
 eos in nomine tuo. **Et ꝑ fidelibus omnibus**: Non ꝑ eis
 rogo tantum, ſed & ꝑ ijs, qui credituri ſunt ꝑ uerbum
 eorū in me. **Et ꝑ electis omnibus orat illud**: **Pater**, quos
 dediſti mihi, uolo ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum. **Plu-**
rimis hæc omnia uerbis loquutus eſt dominus, ſed ijs pau-
 cis inductis ſumus contenti. **Quūq;** ſic oraſſet, exauditus
 utiq; eſt, ut ait **Paulus**, ꝑ ſua reuerentia. **Orauit** ergo tā
 multis dominus, partim ad eruditionem noſtram, partim
 neceſſitatis noſtræ gratia. **Et poterat** utique dominus, ſi
 hoc opus eſſet, orare ſilentio: ſed ita ſe patri exhibere uo-
 luit precatorem, ut meminifſer noſtrum ſe eſſe doctorem.
Proinde eam quam fecit orationem ꝑ nobis, notam fe-
 cit & nobis: quoniam tanti magiſtri non ſolū apud ipſos
 ſermocinatio, ſed etiam ipſius ꝑ nobis ad patrem ora-
 tio, diſcipulorum eſt edificatio. ſiquidem eadem deinceps
 orandi forma uſi ſunt apoſtoli, ut ex **Paulo** patet, ad **Ti-**
motheum ſic ſcribente: **Obſecro** primum omnium fieri
 obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarū actiones
 ꝑ omnibus hominibus, ꝑ regibus & omnibus qui
 in ſublimitate conſtituti ſunt, ut quietam & tranquillam
 uitam agamus in omni pietate & caſtitate. **Ecce** quā
 præclare hic **Paulus** docet ſimul ac præcepit orationem
 illam publicam ꝑ magiſtratibus & omnibus in uniuersum
 hominibus. **Id etiam** deinceps ſemper obſeruauit ec-
 cleſia, iam olim quoque tempore martyrū, ſicut ex **Ter-**
tulliano patet in **Apologetico** aduerſus gētes: **Nos** ꝑ ſa-
 lute Imperatorum deum uocamus æternum, illuc ſuſpici-
 entes **Chriſtiani** manibus expanſis, quia innocuis: capite
 nudo, quia nō erubefcimus: denique ſine monitore, quia
 de pectore oramus: precantes ſumus omnes ꝑ omni-
 bus Imperatoribus: uitam illis prolixam, impetium

Johan. 17.

Heb. 5.

Augu. ſitp
Johan. 17.

1. Timo. 2

Tertul.
cap. 10

securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelis, populum probum, orbem quietum, & quæcūq; hominis & **Cæsaris** uota sunt. Ad **Scapulam** quoq; dicit, **Christianus** sciens Imperatorem à deo constitui, necesse est ut & ipsum diligat & reuearatur, & honoret, & saluum uelit, cum toto Romano Imperio, quousq; seculum stabit, tam diu etiam stabit. Hoc est quod in canone missæ orat sacerdos, & dicit: In primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica. Hoc etiam est, quod **Paulus** ait orare nos pro omnibus hominibus, hoc est, pro ecclesia catholica, deinde sacerdos pro **Papa** orat, mox pro Imperatore seu rege: & priusquidem pro **Pontifice** summo, eo quod sacer-

Exodi. 18.
2. 19.

Deute. 17.
1. **Reg.** 8

1. Heb. 7.

dotium antiquius est regno & imperio. illud enim institutum est **Exodi** 18. & 29. regia uero maiestas longe post, sicut in **Deuteronomio** & regnorum historia scribitur: præterquã quod illud etiam dignius & honestius est, quia quod minus est, à meliori benedicitur. quãdo igitur à pontifice summo Imperator coronatur & benedicitur, cõstat illum hoc esse maiorem. Ad eundem modum omnes reges benedici solent ab ecclesiasticis, uelut rex **Calliæ** ab archiepiscopo **Remensi**, rex **Angliæ** ab archiepiscopo **Cantuariensi**, rex **Hispaniæ** ab archiepiscopo **Tolerano**, rex **Poloniæ** ab archiepiscopo **Cretzensi**, rex **Hungariæ** ab archiepiscopo **Strigoniensi**, rex **Portugalliæ** ab archiepiscopo **Vlybonæ** &c. Quo nomine etiã rex **Boemiæ** **Iohãnes**, diocesim **Praensem** erigi curauit in archiepiscopatum, qui prius ad **Moguntinensem** pertinebat, ut sic & ipse archiepiscopum haberet, qui se coronaret, neq; alio indigeret commodatio. Quoniã nusquã inuento alium ab archiepiscopo posse regem uel ungere uel coronare. Atq; ideo non temere **Papa** ante regem seu Imperatorem in canõe numeratur.

Vsus quoq; cõmunis obtinet, publice post concionem, & nonnunquam sub missa, orare pro magistratu tam spiritali quã tẽporali, pro tota prouincia, pro om̃ibus tribulatis, pro fidelibus defunctis, pro iugi pace, pro fructibus terræ &c. Quod quum etiam à **Christo** descendat & **Paulo**, uniuersaq; totius ecclesiæ consuetudine, nos quoq; illum laudatissimum sane orandi morem negligere non decet, sed summo animi adfectu absoluerè, ut sic deo pla-

centes, nostram quoque salutem promoueamus. siquidem si humiliantis se oratio etiam nubes penetrat, quomodo **Eccl. 35.** non tot hominum constans precatio sublimia caelorum transibit, maxime cum ad eam perficiendam homines diebus festis conueniant? quod si non fieret, ubi implebit illud preceptum Pauli iubentis pro omnibus hominibus, rege & **1. Tim. 2.** cunctis magistratibus nos orare? Nolite igitur charissimi arbitrari, audita missa die sancto, uos ex praescripto omnibus satisfecisse: quin magis communibus ecclesiae precibus adeste, uestrisque orationibus coniunctisque suffragiis aliorum uota iuuate & promouete.

2. ¶ Quid quod praecipuus quidam dei cultus hic est, & iuxta Chrysostomum ueluti census peculiaris quem daemus deo de anima nostra, pro quo exoluendo excusare se nemo potest? sicut in elemosyna danda de paupertate, in ieiunijs de corporis imbecillitate quis excusare se potest, non sic in orando, quoniam in cuiusque potestate libera consistit oratio, secundum Dauidem qui dicit: **Psalm. 41** Apud me oratio deo uirae meae. Quilibet igitur in omnibus aduersitatibus suis omnem confidentiam & spem ponat in deo: inde auxilium & opem requirat, quoniam deus cum singulis animalibus singula de disse arma (sic enim Dente timefaper, defendunt cornua ceruum: sic equus calcibus, taurus cornibus, canis morsu, unguibus accipiter se defendit) imbelles homines, nudos & miseros uidemus nasci: idque eo factum esse constat, quatenus illi in deum confiderent tantum, ipsiusque opem in omnibus implorarent. **Dices, Malac. 5.** Quando omnia nouit deus, neque propositum mutet (ipse enim dixit, Ego deus, & non mutor) quae uirtus, quis locus erit orationi? Respondeo, neque nego immurabilem esse & deum & diuinam uoluntatem, sed tamen dico deum oratione nostra nihil immutari. tantum enim cum oramus, impetrare cupimus apud deum, ut quod prauidit ab aeterno, per preces nostras dare nobis uelit: sic quoque proprie loquendo, deus etiam poenitentia non flebitur: & tamen **1. Reg. 5.** unusquisque interim deum orat, quod se ille per preces daturum ordinauit. Et quid si nonnulli ita sint diuinitus ad uitam praedestinati, ut illam non nisi nostris precibus acquirant? **Augustin.** Quid multa? quisquis medijs istud impetrandae salu

tis contemnit à deo sibi præscriptum, ad finem quoq; non pertinet: sicut ediuerso Niniuitæ, quia mediū illud per penitentiam susceperunt, se simul & ciuitatem suam seruauerunt. Sic quamuis mortem lezechie certo prædixerat Isaias, ille tamē quia medium hoc orationis adripuit, meruit uitæ suæ prorogationem. In promptu omnium est causa: Quoniam deus non opus tantum definit, sed & causas & media & ordinem illius præuidet, & quomodo ad operis executionem perueniri tandem queat. Sic Gregorius, ipsa, inquit, perennis regni prædestinatio, ita est ab omnipotēte deo disposita, ut ad hoc electi pro labore perueniant, quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Non igitur dum oramus, proprie loquendo, mutare uoluntatem dei cupimus: sed tantum quod ab æterno daturum se nobis præuidit, precibus nostris impetrare conamur. sicq; intelligendum est quod canit ecclesia: **P**loremus ante dominum, sicut iram uindicem. **E**t quia sic omnia pulchro digessit ordine deus, ut supplicationibus & orationibus quæ petimus bona impetremus, in stemus fortiter neq; defatigemur. Quis enim scit an plura quā petimus, deus præuiderit se propter orationem nostram nobis daturum? Vere enim ille est, qui dat omnibus affluenter.

Isa. 38

Grego.

Jacobi. 1.

Matt. 6.

c. dolentes c. prebit. de ce. nulla.

Psal. 3.

3. ¶ **Q**uæres autem, an quæ uoce & ore fit precatio, necessaria sit, cum dicat dominus, **O**râtes nolite multum loqui sicut gentes. **A**d hoc rñsurus, dico: **N**ō solo corde, sed etiam ore precari, quodam in loco necessariū est, in quodam utile, in alio plane nocuum.

1. ¶ **O**peræ precium est personas publicas, ut parochos & omnes sacerdotes non obiter tantum transire, sed articulatim singulas horas suas perorare, ex canone, quo præcipitur sacerdotes persoluere debere horas canonicas: ita tamen, ut horis competentibus iuxta possibilitatem aut ad se aut scholaribus publice compleantur. Idem quoq; necessarium est illi, qui uel orationem aliquam uouerit, uel ex penitentia sibi iniunctam habuerit. ibi enim ut quisque certus sit se debito satisfecisse, operæ precium est orationem uoce complere. Sic **D**avid: **C**lamaui, inquit, & dominus exaudiuit me de monte sancto suo. **N**eq; dubium est,

Christum, cum orādi formam præscriberet apostolis, uo- **Matt. 6**
 luisse eos orationem illam ore exprimere, nec animo tan-
 tū leuiter cogitare. Sic Dauid cecinit: Effundo ante faciē **Psal. 146**
 suam orationem meam, & tribulationem meam ante
 ipsum pronūcio. Sin autem quis pro se tantum orer, neq;
 ut minister ecclesia, neq; ex uoto, neq; pœnitentiæ præ-
 scripto, potest quis uel ore uel corde orare: quamuis mul-
 tis de causis præstat interdum uoce precari, quarū prima
 hæc est, quod uerbis elanguescens animi feruor excitatur
 magis ad timendum & diligendum deum. unde fit ut qui
 aridi sunt nimium, imbecilles & carnales, dormitantē ani-
 mam excitare cogantur à torpore & grauedine: idq; tan-
 tum lingua & uoce sonantior, dum deum appellant iam
 optimum maximum, iā uiuentem, iam misericordē, iam
 tremendum, aliās iudicem uiuorum & mortuorū. huius-
 modi enim uerbis languens animi spiritus, exurgit uelut
 experrectus ex longa molestia & fastidio rerum cœle-
 stium.

¶ Deinde ratio quoq; suadet & reuerentia dicitur, deum 2.
 non minus ore & lingua, quā corde & animo colere, lau-
 dare, prædicare. siquidem cum homo ex corpore & ani-
 ma consistet, se merito totum debet impendere deo & of-
 ferre, eo quod naturalis ista corporis & animæ copula fa-
 cit, ut utraq; illa hominis pars mutuo adiura officio pos-
 sit ore altera, & altera corde colere deum, non aliter ac
 ille fecit qui dixit: Letatum est cor meum, & exultauit lin- **Psal. 17.**
 gua mea.

¶ His accedit, quod per uerba quæ quis eloquitur ore, 3.
 se astringit & ab omni uagatiōe externa facilius coeret.
 intentus enim animus ijs quæ lingua effatur, non euaga-
 tur alio, qui aliās omni uento inconstantiōr huc illuc fer-
 retur, quocūq; ipsum cogitationum auræ impellerent,
 maxime cum nihil sit in mundo, quod uelocitatē men-
 tis exuperet, iuxta illud Sapientis: Multæ sunt cogitatio- **Proue. 19.**
 nes in corde uiri, uoluntas autē dei manet in eternū. quæ eti-
 am causa ē, cur multi p̄i sacerdotes psalmos etiā q̄s memo-
 ritet tenēt, ex libris orāt, ne euagēf animo. Neq; latuit hu-
 iusmodi oratio Oseā, pphetā, cū ad ip̄am respexerit, dicēs: **Ose. 14.**
 Tollite uobiscū uerba, & conuertimini ad dñm. Omnē au-

fer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum, vituli illi sunt orationes. Obijcies autem illud uerbum Christi, Orantes nolite multum loqui. Ad id respondeo, non absolute Christum hic in orando prohibuisse multiloquium, sed istud ethnicum tantum. gentes siquidem putabant deum non omnia nosse, ac proinde oratione posse mutari, ideoque non nisi elegantissime & quam elaboratissima oratione illum adoriebantur. Quem errorem ut excluderet dominus, dicit deinceps: Putant enim se in multiloquio suo exaudiri, & ne arbitremur nos oratione nostra quicquam significare deo, quod nesciat antea, sequitur: Ne efficiamini similes illis, quia pater ueriter caelestis scit, quibus opus habeatis antequam petatis. Neque tamen inficias imus, quod si quis sentiat maiorem in se adfectum pietatis, si solo animo oret, quoniam sic orare debeat ut Anna, quae motis tantum labijs orabat in corde, cum uox interim nulla exaudiretur. Et quod multiloquium gentium damnauerit dominus, testatur Augustinus, dicens: Et reuera omne multiloquium a gentibus uenit, qui exercere linguae potius quam mundando animo dant operam, ut hoc nugatorij studij genus etiam ad deum profundendum transferre conentur, arbitantes, sicut hominem iudicem, uerbis adduci in sententiam. Et ad Probam quoque epistola uicesima prima, Ideo per certa interualla horarum & temporum etiam uerbis rogamus deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantum in hoc desiderio profecerimus, nobismet ipsis innotescamus, & ad hoc agendum nos ipsos acrius excitemus. Ecce etiam operatur uocalis oratio, admonet nos, certos quoque facit de incremento pietatis, & excitat acrius ad omnem boni operis profectum. Oremus dominum &c.

HOMILIA TERTIA DE EFFICACIA ORATIONIS.

Vere magnus dei cultus est oratio pia, quam pro se quisque exhibere deo, ut potest, ita debet maxime: illa tamen ut sit grata deo, attentione indiget,

Matth. 6.

1. Reg. 1.

Augu. li.
2. de ser.
domini in
monte.

quæ uelut anima quædam est orationis, adeo ut sine illa
 omnis precario uirtute & efficacia sua careat. Quamobrè
 mortuam huiusmodi orationem respuit dominus, dicens
 per prophetam: Populus iste ore suo & labijs glorificat **Isaie. 29**
 me, cor autem eius longe est à me. Neq; audit deus orati- **Gregor. 19.**
 onem, cui ipse qui orat, non attendit. Quò pertinet illud **Bernar.**
Bernardi: Qui aliud cogitat, perdit ueritatem & utilitatē
 orationis. & item istud Sapientis, Nō impediaris semper **Ecci 18**
 orare, & ante orationem præpara animam tuam. quæ sa-
 ne præparatio aliud non est, quàm ut homo animam
 suam, omnem cogitationem intendar ad id quod orat, ne **Hierony.**
 oratio illa sit patens uanis cogitationibus. Cuiusmodi præ-
 paratoria uox est sacerdotis in missa ante elevationem ex-
 clamantis, Sursum corda: respondente choro siue mini-
 stro, Habemus ad dominū. Flectamus itaq; charissimi cor-
 da animoq; nostros ad dominum, dumq; stamus ad ora- **Chryst.**
 tionem, ait **Chrystomus**, uigilemus & incumbamus ad **Augustin.**
 preces nostras toto corde, procul hinc recedat cogitatio
 lasciuens, procul inde pruritus cōcupiscētia. Vnde & **Au-**
 gustinus, Scitote, inquit, non esse uoces ad aures dei, nisi **Augustin.**
 animi adfectu. Dices autē, fieri nō posse, ut sic animo tuo
 ultra omnia mundana transcendas ad cælestia, usq; uenire
 tibi quod rustico cōrigit, cui cum **Sanctus Bernardus mu-**
 lam promississet, dummodo semel orationem dominicā **Rusticus.**
 citra ullum incidēs obstaculum peroraret, audaculus iste **S. Bern.**
 conatus est oratione tantula emereri mulam, sed uix dum
 tribus uerbis absolutis, interrumpit orationē, & dixit: Etā
 ephippia mihi pater cum mula donabis? sicq; stolidus iste
 oratione simul sua & mula excidit. Itaq; ut inde quisq; se
 expeditius euoluere queat, pauca subnorabimus.

1. ¶ Pro cōfesso habemus intentionem esse triplicem:
 actualem unam, qua quis iam attendit actu: uirtualem al-
 teram, qua prioris illius uirtute quis opus aggreditur: &
 habitualem tertiam, quæ in animo residet, ex multa con-
 suetudine nata. Ut si iam incipiens orare dominicā ora-
 tionem, uerba ipsa intentus cōsiderem, intentionem ha-
 beo actualem. Deinde si progrediens orando, interim ali-
 ud quoq; nescio quid incidens cogito: & tamē ab oratio-
 ne non desisto, uirtualem habeo intentionem: quoniam

N ñi

prioris illius, qua orare cepi, intentionis uirtute pergo ad finem usque orare. Habitualis autem intentio, ex prioribus actionibus & longo usu nata, in animo quiescit, qua apta mens efficitur, ut quum uelit, posset simile opus exercere. Atqui iam dudum audire mihi uideor quendam reclamantem, difficiliora hæc esse quam ut intelligat. Age age, paulo clarius adhuc idẽ hoc tibi expediamus, ne obscuritatem calumniaris. Quemadmodum in fundendis formandisq; candelis, quum primum filum intingis in seuum, parum seui ei adhæret, & quo dehinc sæpius intingis, hoc plus accedit de seuo usque quo fiat candela: ita in proposito si quid primum discis & leuiter exprimis forte semel, aliquid sane illius tum statim remanet in anima, si repetas identidem, & subinde ingemines, fiet tandem ut quod tam diu didiceris, etiam scias. ipsum autem scire perficitur ex ijs, quæ subinde alia ex alijs in anima adhæserunt & remanserunt: quæ quàm diu animæ insident, tam diu etiam scis illud quod didicisti, siue dormias, siue uigiles. Et hoc est quod de habituali intentione diximus in anima residente, quæ ex consuetudine nata est, cuius beneficio & uirtute uirtualem intentionem, quum uolumus, habere possumus.

¶ De uirtuali intentione hoc tibi exemplum sume: Si quis animum inducat Aquilgranum aut Coloniã uersus proficisci, domi statim instituit se Coloniã profecturũ; cuius instituti uigore abit ille Coloniã, neq; tamẽ in uia interim semper Coloniã tantũ cogitat & meditatur, sed nunc de uiarum diuerticulis & erroribus, nunc de diuerso riuo, aliã de cibo & potu cogitat: & tamen uirtute primi propositi sic abit Coloniã usq; in uia interim nihil minus quàm Coloniã semper cogitans. Et sicut in ratione propositi, ita in materia nostra intentionum se res habet.

Suã. par. Neq; dissimile multum est in eo, qui ad scopum propositũ facere quicquam uel lapidem uult promouere. is enim non admodum memor eorum quæ in medio sunt, solũ attendit scopum quem cupit attingere, & quamuis id ita faciat, nihilominus tamen uirtute tactus quem facit, etiam medium interpositum penetrat, quamuis illud non admodũ intenderat.

At iam dū quæres quæ nā tibi in oratione necessaria sit intentio. Audi, & quidem paucissimis. Ad hanc rem tantā non est quod putes solam tibi sufficere habitualē, quæ etiā dormienti tibi adest, & per omnem uitam non deficit, quā diu orare scueris. Porro actualis intētio in exordio quidē orationis necessaria est, in progressu illius nō item: sed uirtualis intentio necessario semper requiritur, eaq; sufficit, ut cum incipis orare precationem dominicam, & ab initio statim propositum tuum obseruas, uelle te illā orare, sicq; uigore istius instituti tui dum pergis orando, dū etiam si singula uerba (quæ tamen obseruare intento animo utile fuerit) non animaduertes, attamen & oratio illa tibi prodest; neq; interim ipsi in se quicq; decedit, si fragilitatis humanæ uolentia cogitationes obiter incidentes admisisti: neq; teneris orationem illam denuo repetere, quam sic uel ex debito, uel uoto, uel iniūcta pœnitentia & satisfactione perorasti.

2. ¶ Et ecce hic tibi euidentis immensæ misericordiæ dei argumentum, ut qui agnoscit imbecillitatem nostram, & animi ægritudinē ex isto inueterato peccato Adæ contractam, eamq; tantam, ut nequeamus pro dolor, cohibere animum & cogitationes ad tantillum spatium temporis, quo semel orationem dominicam perorare liceret. Ut recte dixerit Daud: Vniuersa uanitas omnis homo uiuens. Vsq; adeo mirissimus dominus compatitur nobis, ut psal. 3. nolit in oratione nostra urgere nos ad actualem intentionem, non ignarus nunquam nos in eodem permanere statu, sicq; uirtualem tantum intentionem a nobis exigit. Vnum tamen est quod adiecerim, puta intentionem uirtualem sic demum sufficere, ut interim nemo se ultro in uagabundas dedat cogitationes: quod si fieret, tuq; orare incipiens, tua spōte alienas tibi moueres cogitationes, nō tantum intentioni istī tuæ uirtuali uirtus omnis decederet & fructus, sed id ipsum quoque tibi computaretur in peccatum, dicente Basilio: Diuinum auxilium implorandum est, non tantum remisse, nec mente hac atque illac uagante, eo quod talis non tantum nō impetrat qd appetit, sed magis irritat deum. Eo usq; autē cauere debem⁹, ne temere cogitationes uanas admittam⁹ in oratione,

Hugo de
S. Victo.

Basilius.

Isaie. 1

Sene. 18

Ecc. 28

ur etiam si cum orationem fundimus, aliud quam quod licet in corde uersemus, etiam si illud bonum sit, a culpa tamen liberi non sumus. Quamprimū igitur homo animū suum uiderit peregrinari uelle, reuocet ad intentionem orationis, neq; sic alia ex alijs cogitare pergat. Sic Basilius inq;: Si tantū debilitatus à peccato fixe nequis orare, quantumcūq; potes teipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo quod nō ex negligentia, sed ex necessitate nō potes adistere coram deo. Sin uero quis ultro uagari animo uellet, quantumcūq; sic oraret, ingratum esset deo, qui per prophetam hoc modo multiplicantes orationes suas se non exauditurum minatus est. Aut non te pudeat cum principe tuo loqui summa cum attentione omnium etiam uerborum, & cum deo rem tuam agere tam uagabundis cogitationibus, ut ipse te non intelligas loquentem? En tibi Abraamum, quā obseruabat ille singula cū deo loquēs, sic enim de se ipso dicebat: Ego ne loquar ad deum meū, cum cinis sim & puluis? Et Sapiēs nō absurda usus est similitudine, dicens: Secundum ligna syluæ sic ignis exardescet. quoniam omnino secūdam præparationem intentionemq; tuam accendetur in te ignis diuini amoris. Quis igitur oraturus est, curet prius, ut animo sit bene cōfirmato, & cogitationibus refrenatis, tantum meminerit quid & quare sit deum oraturus, & quid se speret oratione sua impetraturū. Dehinc etsi animus illius inuito eo, aliorum rapiatur ad alienas cogitationes, nō ita nocent ei, dummodo pro uiribus excludat, ubi primum obseruauerit, & manebit orationi meritum suum.

3. ¶ O autem immensam adhuc & infinitam misericordiam dei, qui nō eo nos urget ad strictam intentionē, quominus amplam etiam nūm nobis semitam relinquat. potest enim homo inter orandum triplicem habere intentionem, uerborum, sensus & finis. prima illa bona est, altera melior, postrema hæc optima. Verborum tamen nō nimia habenda est intentio, ne dum singulas obseruas literas, ordinis & sensus obliuiscaris, quibus ad maiore meliorēq; adfectū moueri poterat, inique alias acturus, si nūm obseruatis uerbis, pietatis & deuotiōis nō meminisses.

¶ Neq; tamen ista etiam uerborum inceptio mala est,

qua quis simul & meretur & satis facit. Satis facit enim sacerdos, dum preces quoque non intellectas absoluit. Et meretur, modo tertiam habeat intentionem, uelique sic deo seruire, in cuius laudem & honorem, preces etiam non intellectas perorat. Sic in monasterijs professæ & ex monachus non pauci orant, quæ intellectu non modo non adsequuntur, sed ne à longe quidem sequuntur: tantumque ex obedientia regulæ, ex deuotione, & in laudem dei quicquid illud est, orant. Sic pueri in choro aut quidam e ciuibus constituti, psalterium, quod non intelligunt, canunt: solaque habita uerborum intentione, simul coniuncta illa tertia, finis, quia in laudem dei fit, opus hoc meritorium & deo beneplacitum est, etiam si ab infantibus qui modo legere possent, exhiberetur, iuxta illud psalmographi: **Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem tuam domine.** *Psalm. 8*

1. **Secunda** porro intentio sensus est & intellectus uerborum, eaque itidem ut bona est, ita bifariam fieri potest: uel iuxta literam, uel latentem sub illa mysticum spiritum uerborum, ut si quis legat aut canat, quomodo filij Israel exierint Aegyptum, transeuntes mare rubrum, liberati de captiuitate Pharaonis &c. **Ubi** si uerborum corticem quis tantum aspiciat, parum proficit, plus promouebit, si ad nucleum spiritus transpiciens, consideret exitum peccatoris ex caligine uitiorum per mare rubrum, meritum scilicet amarissimæ passionis & mortis Christi, quo assertore & iudice eripitur de potestate diaboli. Sunt tamen multa in orationibus, quæ coniunctum cum literalis sensu mysticum quid habent: ut si ores, **Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam**, hic ipse in se intellectus spiritualis est, siquidem cor hominis quibusdam uelut aculeis ferit & excitat, simulque salutaris ipsa etiam est extrema uerborum intentio.

3. **Ad** extremum est quædam adhuc intentio finis, cum quis considerat, cur & quem orer, rationem habens bonitatis, misericordiæ, sapientiæ & omnipotentis dei. Quæ ut optima omnium, ita maxime necessaria intentio est: quæ qui linguas ignorat, habere tamen potest ad laudem dei, animæ suæ simul & corporis salutem. **Ut** si quis amore uitæ æternæ quinquies oratione dominicam orat, quauis

N 9

non semper inter orandum intentionem uerborum seruat, sed aliud quiddam cogitat de gaudijs beatorum, illis que ad sociari desiderat. Vera illa sane & meritoria est intentio finis, faciens ipsam quoque orationem placere deo, sic Hugo ait, Pura oratio est, cum ex abundantia deuotionis mens ita accenditur, ut cum se ad deum postulatura conuerterit, præ amoris eius magnitudine etiam petitionis suæ obliuiscatur.

Hugo,

Vnde plus quam ridicula & infantilis patet neochristianorum stoliditas, qui missas latinas abolent, quia quibusdam non satis intellectas. Quandoquidem enim in missa pro magna parte scriptura sacra usurpatur, in qua semper spiritus sanctus loquitur, eamque inspirat etiam in quibuscunque linguis. Et quia sacerdos, ut publicus totius ecclesie minister, missam celebrat, decet omnes homines fiduriam suam reponere in uniuersali catholica ecclesie fide: quod multo magis placet deo, quam quæcunque priuati hominis fides. Præterea quod in missa præcipuum fit, nulli profano subtrahitur, siue intelligenti, siue minus, siue prope astanti, siue à longe, & uocem sacerdotis plane non exaudienti, siquidem sacrificium illud exhibetur in commemorationem passionis & mortis Christi, ad laudem dei, necessitatis nostræ gratia, & ad ædificationem totius ecclesie. Quæ omnia tu pro tua pietate, pro adfectu & ardore charitatis contemplari potes, & maiori sæpe deuotione Christum adorare, neque intellectis, imò neque auditis uerbis, quæ in missa proferuntur uerbis, quam si singula obseruasses. Constans enim & concors doctorum omnium sententia est, intentionem uerborum etiam nocere posse, si quando orantis deuotionem impediatur. Quam puerile est quod pro se ferunt neochristiani de missis Germanicis, solam attendentes literam & intelligentiam uerborum, neglecto & deo & qui ex illo promanat spiritali intellectu.

1. Cor. 14.

Nec quicquam adiuuat eos, quod pro se, sibi quidem forte & inuictum uisum, adferunt ex Paulo argumentum, qui dicit: Si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: profallam spiritu, spallam & mēte. Hoc telo isti rem totam uelut acu sibi tetigisse uidentur, & citra controuertunt.

Nam colligere hinc posse, omnem quæ lingua sola sine
 sensu & intellectu sit, orationem esse uanam & infrugife-
 ram. Atqui ad hunc locum nos respondemus, & dicimus
 in eodem triplicem contineri orationem, oris seu linguæ,
 spiritus, & sensus siue intellectus. Si quis ergo in ignota si-
 bi lingua orat, ore utiq; orat, simul & spiritu, hoc est, uo-
 luntate, dum propter deum illud facit, mens autem illi,
 hoc est, intellectus sine fructu est, quia quod orat non intel-
 ligit. Non quod tota inrerim illius oratio fructu careat, si
 quidem adhuc & meritoria est oranti & deo beneplacita:
 sed fructu illo destituta est, quæ homo ex intellectu capere po-
 terat. Ideoq; ibi Paulus eo semper nititur, ut ostendat, p-
 phetiam, donum scilicet scripturas & uerba orationis in-
 terpretandi, præstare gratia linguarum. Id ita tu per sua-
 sum firmiter habe, & deprehendes hic quoque insignem
 istorum errorem. Ecce enim tempore quo indies pluri-
 mitum ethnici tum Iudei conuertebantur ad Christum, 1. Cor. 14
 non admodum conducebat fidelibus, multis linguis loqui
 coram eis, sed scripturarum interpretatio è re ipsorum
 tunc erat, quod sine illa scripturas non intelligebant. Cū
 uero iam homines in fide Christi enutriti, & ab ipsis iam
 inde canis instituti, adoleuissent in illa, assiduam prædica-
 tione uerbi dei, iam tum constaret eis de omnibus quæ
 tractabantur in missa, uel aliàs fiebant in ecclesia. Ad qd
 necessarium erit, missas celebrare in lingua uernacula, cū
 neminem etiam ex uulgo lateat, quicquid præcipuum in
 missa transigitur, dum omnes se gestibus suis ad uerba sa-
 cerdotis adcommo-
 dant, iam ad surgendo, iam genua fle-
 stendo, iam tundendo pectus &c. Vsq; adeo non desunt iā
 nostratibus etiam idiotis mysteriorum omnium cognitio-
 nes, dum prophetæ non desunt, qui quicquid uel in scri-
 pturis est abstrusum, uel in ecclesia fit arcanum, eis aperi-
 unt, ut iam illi uere ore, spiritu & mente possint orare, p-
 phetarum istarum aduti beneficio, quæ in lingua popu-
 lo bene intellecta fieri debent, teste Paulo. reliquos dei
 cultus non pro suo quilibet arbitrio in quacunq; peregrina
 lingua perficere debet, sed in ea quæ per uniuersam ec-
 clesiam CHRISTI & latissima & amplissima est, apud

nos maxime, qui de ecclesia latinorum sumus. Alias quæ futura esset confusio, si nobis Germanice missas legentibus, aduenirent uel Itali, uel Galli, uel Ungari, uel Boemi, nihil intellecturi eorum quæ diceremus? Aut quid ibi futurum, nisi quæ singularum nationum homines alio proficiscentes, isdem ad quos uenirent, barbari uiderentur? Sane eo respexisse Paulum satis magnus testis est Ambrosius, qui dicit illum hic redarguisse Iudæos, qui in sacrificado lingua Syriaca uti uolebant. Quomodo etiam fertur, apostolos ipsorumque successores usque ad tempora Cæsaris Adriani, lingua Hebraica usos esse in missa. Faxit deus ut qui nunc misere errant neochristiani, aliquando redeant ad unitatem, unde exciderunt, ecclesiæ catholice, Oremus dominum, & Amen.

HOMILIA QUARTA ET POSTREMA de oratione.

Oportet semper orare, & nunquam deficere, Luca XVIII.

Ecce hic charissimi, idem plane domini & serui, magistri & discipuli præceptum. Iubet Christus nos semper orare, Paulus etiam indefinenter. Et ne quod sit nobis hic molestum, promissionem sane præclarã apud Iohannem addidit dominus, dicens: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et paulo ante, Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Apud Mattheum quoque, Quicquid petieritis in oratione credentes, accipietis. Et in Marco, Dico uobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient uobis. Atque non paulo fortius promittit dominus apud Mattheum: Petite, & dabitur uobis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperiet uobis; quia omnis qui petit, accipit; qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur. Iacobus quoque: Si quis, inquit, indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non exprobrat, & dabitur illi. Quod si præclare

1. Thes. 5

Johan. 16

Johan. 14

Matth. 21

Marci. 11

Matth. 7.

Luce. 11

Jacobi. 1

adeo promisit nobis dominus, se daturum *quod* in nomine suo petierimus, ipseque etiam uia, ueritas quoque est et uita, uerba utique eius uerissima sunt. Et unde tamen illud est, quod *indies* multa orantes, non semper exaudimur? *Johan. 14.*

Ex multis huius rei rationibus, quas ex Augustino excerpfit Beda, prima hæc est: Quoniam non raro contra nostram salutem oramus, tuncque magni beneficii loco ducendum est, quod a domino non exaudimur. sic Paulus non impetrauit, cum peteret auferri a se stimulum carnis. *2. Corin. 12.*

2. ¶ Deinde etiam si quod petimus, salutare sit & cōducatur ad uitam æternam consequendam, non tamen exaudiri orantes dominus, dum uita nostra peccatrice auertimus aures illius a nobis, sicque incidimus in illam Salomonis sententiam: Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *Proue. 15.*

3. ¶ Si quando pro peccantibus oramus, ut conuersi in gratiam redeant cum deo, quamuis oratio illa scopum uerum uitæ æternæ respiciat, nosque adeo digni essemus in ea exaudiri, obstat tamen peruersa istius uoluntas, quæ minus exaudiamur. sic ad Ieremiam dixit dominus de populo Iudæorum: Noli orare pro populo isto, neque pro eis canticum accipias, quia non exaudiam. Et infra, Si Moyses & Samuel starent ante me, anima mea non est ad populum istum. *Jeremi. 7.*

4. ¶ Sit etiam, ut cum solícite & anxie petimus, non statim exaudiamur: quoniam quod oramus in futurum differtur nobis, ut cum petimus aduenire regnum dei, illud tamen cum uisum fuerit domino, tunc demum dabit, idque facit, ut ardentius & uehementius petamus. Atque hæc ferè sententia Bedæ est in homilia super euāgelium hoc in diebus rogationum. *Jeremi. 17.*

2. ¶ Porro cum commune hoc omnibus sit, ut petentes non exaudiamur, neque tamen aliquis sit hic in deo defectus, qui ut est munificentissimus, maximeque misericors, benignissimus & potentissimus, ita etiam prope est omnibus eum in ueritate inuocantibus, uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Quid igitur reliquum est, nisi omnem defectum esse in nobis: sic oportet plura hic uidere quam *Psal. 144.*

aspexerit Beda.

1. ¶ Non mediocriter uerant & prohibent peccata nostra, quo minus exaudiamur, id etiam Beda dixit, & iam olim uidit propheta, cum diceret: Male fecimus, deum ad iracundiam prouocauimus, ideo es inexorabilis. **Isaias** quoque dicit, Peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis quo minus exaudiat. Et apud **Iohannem** cæcus: **Scimus**, inquit, quoniam deus peccatores non exaudit. **Dauid** etiam id ipsum reueritus est & dixit: Si iniquitatem aspexit in corde meo, non exaudiet dominus. Et **Ieremias** ait, Peccata uestra prohibuerunt bonum a uobis, ac rursus in altero libro, Nubem posuisti tibi ne peneret oratio. Dices, si peccatis nostris impeditur oratio, frustra sunt processiones & circuitus nostri, quando nos in uniuersum omnes peccatis non cætemus. Ad hæc, durum est quod deus peccatores non exaudiat. Quis ergo undique sacræ literæ hominem peccatorem ad orationem urget, per quâ consequatur ueniam? Responsionem ad hæc uide in materia processionum.
2. ¶ Tum quoque non exaudit oratio, quando non petenda perimus. sic filius **Zebedæi** respondit dominus, Nescitis quid peratis. Sic dum sæpe deo supplicamus pro auerendis bellis, peste, fame, ille tamen non exaudit, quod ista mala nobis profunt, cum enim ex peccato ueniant, sublatis istis, peccatum remaneret. Vnde & **Iacobus** dicit, Perentes non accipitis, eo quod male petatis. Et **Isaias**, Misereatur impio, & non discet iustitiam facere. Cum uero feceris iudicia tua in terra, iustitiam discunt habitatores orbis.
3. ¶ Contempitu quoque legis diuinæ impeditur oratio nostra, quod **Salomon** attendens, dixit: Inuocabunt me, & non exaudiam; diluculo cõsurgent, & non inueniet me, eo quod oderunt disciplinam. Hinc est quod neochristianorum preces non exaudit dominus, quoniam omnem disciplinam abiecerunt, leges & quicquid bonum est ac pi-um, contempserunt: sibi quoque ipsis constituerunt leges iuxta arbitrium suum, & non ad beneplacitum dei. **Salomon** dicit eius orationem, qui aurem suam ab auditu legis declinat, esse execrabilem. Sic cum **Saul** **Samuelem** rogaret, quatenus peccatum sibi suum portaret, & cum illo reuerteret,
- Thren. 3.**
Isai. 59.
Iohan. 9.
Psalm. 65.
Ieremi. 5.
Thren. 3.
Matth. 20.
Jacobi. 4.
Isai. 26.
Proue. 1.
Proue. 28.
1. Reg. 15.

De sic posset adorare dñm, respōdit Samuel: Nō reuertar
te cū, q̄ & tu ꝑieciſti uerbū dñi, & dñs ꝑiecit te ne sis rex.

4. ¶ Non parum q̄q; impedimenti accedit exaudiendae orōni nostrae, ex duritia cordis nostri erga pauperes, q̄s dum nō audimus & iuuamus clamantes ad nos, uicissim nos q̄q; frustra clamabimus ad deum, sic Salomone dicens, uelut ex oraculo quodam: Quisquis obturat aures suas ne clamorem audiat pauperum, ipse q̄q; cū clamauerit ad dñm, nō exaudiet. Neq; etiā lex ægor ulla est, q̄ ut q̄ q̄q; mensura mensus fuerit, eadē & remeriatur ei. sic horrendum est, q̄d Iacobus habet, Iudicium sine misericordia erit ei qui misericordiam nō exhibuit. Illum autē m exaudiet dominus, qui pauperibus mitis & placatus fuerit, qui propheta securus cōsiliū, panem esuriēti fregerit, & egenos uagosq; in domum suam introduxerit, qui operuerit nudos &c. Quisquis sic fecerit, huic clamanti ad dominū ultro ille se offeret & dicit: Ecce adsum, ego em̄ misericors deus tuus. ¶ Quatuor hactenus orationis impedimenta & ueluti repagula declarauim⁹, dispiciamus nunc cetera, namq; adhuc plura supersunt. 5. & quintum quidem illud est, q̄ non exaudiunt, q̄r̄q; ea sunt cordis duritie, ut etiam rogati nolint proximis suis dimittere noxā, nō attendentes ꝑceptum Sapientis: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi ꝑtā soluent. Homo hoī referuat iram, & a deo quærit medelā! In hominem similem sibi nō habet misericordiā, & de ꝑtīs suis deprecatur.

Proue. 21.

Matth. 7.

Jacobi. 2.

Isaie. 58.

Ecci. 18.

6. ¶ Dissidentia q̄q; & incredulitas uerāt q̄ min⁹ exaudiamur. q̄s em̄ diu orat dominū, neq; se credit impetraturus, tandē frustra petit, dū hæserat in fide, similis fluctui maris, qui uero & undis impellit. Quod pertinet istud Senecæ ꝑuerbiale dictū: Qui timide orat, docet quō petita neganda sint. & Daud orantē iubet confidere, cū ait: Spera in deū, & ipse faciet. 7. Præterea quicq; adhuc de nouo peccant, nō exaudiunt a deo, dicēte Psalmographo: Ecce qui elongant se a te, peribunt. huiusmodi homines etiam si diu multumq; orent, tamen pereunt. nam qui etiam inter orandum precat, nonne ea execratio orationi aduersaria est? Hinc Iacobus ait: Appropinquate deo. s. a ꝑtīs recedētes, & appropinquet uobis, orationes uestras

Jacobi. 1.

Seneca.

Psalm. 96.

Psalm. 72.

Jacobi 4.

exauditurus. Possent adhuc multa obstacula induci, sed nos alio festinamus.

Oratio. 3

4. ¶ Pulchrum est orationis discrimina nosse. est enim oratio quæ cum efficax non sit, aliquid tamen apud deum impetrat. Est alia quæ licet meritoria sit, attamen non impetrat quod petit. Alia pariter & meritoria est, & efficaciter quod petit impetrat.

1. ¶ Primi generis oratio impetrat quidem, sed nil meretur, ut peccator orans nihil sane meretur, cum charitate careat, quæ radix est omnis meriti apud deum, & sine qua opus nullum meritorium est. Peccator itaque orando nil meretur, & tamen si petitionem suam diuino proposito facit conformem, multum impetrare potest, instat Niniuitarum, qui cum infideles essent, eorum tamen ieiunia & opera bona respexit deus. Sic nonnunquam exaudit deus malos ex ira, in uindictam & ultionem eorum, ut de Iudæis constat carnes in deserto petentibus. Hoc est quod Augustinus dicit, deum multa dare iratum, quæ non daret placatus.

2. Corin. 13

Jone. 3.

Nume. 11.

2. ¶ Est etiam oratio quædam, quæ cum mereatur, nihil tamen impetrat: cuiusmodi fuit illa precatio Pauli de stimulo carnis. Sic si bonus aliquis oret pro malo & indigenti tali intercessione, quamuis istius iustificationem petitio illius non impetrat, ipse tamen orationis suæ fructu non priuatur: quoniam sic quoque remunerabit deus in illo opus gratiæ suæ & charitatis, quam proximo exhibuit, implebunturque illa Christi uerba: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Eriterum istud David: Humiliaui in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Ut igitur efficax sit oratio, mereaturque simul aliquid & impetret, quatuor præcipue necessaria sunt.

Johan. 16

psalm. 34.

Oratio pia.

Matth. 21

1. ¶ Ut qui se cupit exaudiri, oret pie. Pie autem orare, in ijs quinque rebus positum est. 1. Principio in confidentia & fide bona. nam qui dum petit, non simul confidens in omnipotentis dei misericordiam, sperat se quod orat accepturum, actum agit. Sic Christus dixit: Si credideritis & non hæsitaueritis, atque monti huic dixeritis, Transfer te hinc, & projice in mari, fiet. Et omnino quic

quid petteritis in orationibus uestris credētes, accipietis. **Marci. 9.**
 Ecce petenti illi ut filius suus à dæmonio liberaretur, re-
 spōdit dominus: Potes credere? omnia possibilija sunt cre-
 denti. Pete igitur confidenter, fide firma, & spe bona, iāq;
 ex parte pie orasti.

2. ¶ Deinde humiliter orare oportet, seq; indignum
 confiteri & insufficientem, atq; quod omnis sufficiētia
 sit ex deo, hominibus impartita desuper à patre luminū. **Jacobi. 2.**
 Eo respexit David, dicens: Quoniam respexit dominus
 in orationem humilium, & non spreuit precem eorum. **Psalm. 102.**
 Et quid hoc mirum, quando superbis resistit deus, humi-
 libus tantum dat gratiam? Inde etiam gloria magna deo
 accedit, dū indignos se reputāt hoīes corā maiestate sua. **1. Petri. 5.**

3. ¶ Huc facit quod oratio pia finem bonum & inten-
 tionem rectam habere debet, ut tendat in deum pro impe-
 tranda uita æterna, pro consequendis uirtutibus, aut in-
 columitate corporis, bonisq; externis: ita tamen, ut hæc
 omnia uergant in laudem & honorem dei, ut Paulus ait, **1. Corin. 10.**
 non sine gratia & charitate illius, citra quam nemo effica-
 citer orauerit. Quod recte uidit, nosq; prudenter Iohan-
 nes docuit, dicens: Charissimi, si cor nostrum non repre-
 henderit nos, fidutiam habemus ad deum, & quicquid pe-
 tierimus, accipiemus ab eo. **1. Iohan. 3.**

4. ¶ Decet etiam, ut quis ordinate per debita media
 petat. frustra enim orabit deum pro scientiæ dono, qui
 ipse nil uolet discere: nihil aget diu multumq; orādo pro
 uictu temporali, quisquis laborare recusat. Hoc modo
 cupiebant filij Zebedæi sedere alter ad dexteram, alter ad
 sinistram Christi. neq; permisit dominus, sed mediū istud
 passionis eis obiecit, & calicem quem pro nomine suo bi-
 bituri essent. **Matth. 20.**

5. ¶ His omnibus si accesserit intentio, de qua superio-
 ri homilia multis disseruimus, oratio pia efficitur, quæ
 prima proposita est bonæ orationis conditio.

2. ¶ Altera ex his est, ut quis oret perseveranter. nam
 qui semel atq; iterum nō exauditus statim desistit, nihil
 impetrat. Ideo enim & Christus ter orauit in monte oli-
 ueti, & toties Paulus pro auertendo stimulo carnis. Quo **Matth. 26.**
2. Corin. 12.
 niam multa sunt quæ cum negari uideantur, tantum disse-
 Augustin.

Luce. 11
Augustin. runtur ad tempus, quo dentur commodius. atque ideo ex
preste dixit dominus, **Perite, Quærite, Pulsate.** Et sæpe ser
uat tibi deus, quod non uult cito dare, ut tu dicas de fide.
Judic. 20 rare. Sic pugnantes filij Israel aduersus tribum Benjamin
de uxore leuite, bis exauditi non sunt, perieruntq; ex illis
plus quam triginta millia hominum. perseuerâtes autem
orare etiam tertio, tandem audire meruerunt illud à dño.
Matth. 15
Luce. 11. Ascendite, cras enim tradâ eos in manus uestras. Sic perse
uerans mulier Chananæa, demum impetrauit quod pete
bat. Hoc sibi uoluit parabola amici, qui improba tandem
pulsantis importunitate uictus, surrexit, & panes dedit ei
quos petierat.

3. ¶ **Cæterum oportet etiã orare salubriter, si modo**
exaudiri cupis. Quoties enim non exaudimur per ceteros no
stræ saluti aduersantia? sic non exauditus est **Paulus,** sic
quoq; non **Moyfes,** cum peteret à deo transire iordanem
2. Corin. 12
Deut. 3 nis ad ingrediendum terram, quam daturus esset populo
suo, siquidem illud nec addebat, nec quicquam admebat
saluti ipsius **Moyfi**: magnumq; quid erat, quod eo ipso
significabatur, quoniam **Moyfes,** hoc est, lex quam ille ce
lerat, homines non poterat ducere in illam ueram terram
promissionis regni cælorum. Sed **Christus** per euangeli
Johan. 7 um suum id tantum potuit, & præstitit quoq;. Quam ob
rem & **Iohânes** ait legem per **Moysem** datam, gratia autem
per **Iesum Christum** factam esse. Sic **Christus** quoq; pro
calice passionis rogauit patrem, sed præstabat **Christum**
pati, totumq; mundum liberare à peccato. Sic multis mo
dis non exaudiuntur homines, dñi orant & processiones
obseruant aduersus tribulationes, & id genus innumera
mala, quæ ipsis sæpe plurimum profunt, suntq; certa ani
mæ medicamenta.

4. ¶ **Ut efficax postremo sit oratio & potens ad impe**
trandum, oret quis pro seipso. nam pro alijs orantes, plo
runque non exaudiuntur, sicut antea docuimus impediri
uirtutem oratiõis per indignitatem eorum pro quibus in
Jeremi. 7
11. 7 15 terceditur, quod & **Ieremiæ** accidit. Vos itaque charissi
mi, penitentiam agite de peccatis uestris, & conuertimini
ni ad deum ex toto corde uestro. Orate deum pro omni
bus, tum uestris, tum ecclesiæ totius aduersariis, pro ci

in uia pace, pro fructibus terræ. **O**rate inquam confiden-
ter, humiliter, sedulo, intente & ordinate, ut sic dominus
deus concedat gratiam & quicquid conducibile est uobis
in hac uita, & post hanc gloriam in æterna felicitate,
Amen.

DOMINICA SEXTA

ET VLTIMA POST FESTVM

Pascha, super Euangelium

Iohannis XV.



IN illo tempore di-
xit Iesus discipulis su-
is: **C**um uenerit paracli-
tus, quem ego mittam
uobis à patre, spiritum
ueritatis, q̄ à patre pro-
cedit, ille testimonium
perhibebit de me, &
uos testimonium perhi-
bebitis, quia ab initio
mecum estis. **H**æc locu-
tus sum uobis, ut non

scandalizemini. **A**bsq; synagogis faciēt uos. **S**ed **Matth. 10**
uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur **Marci. 13.**
obsequium se præstare deo. & hæc facient uobis, **Luce. 12.**
quia non nouerunt patrem, neq; me. **S**ed hæc lo-
cutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum re-
miniscamini quia dixi uobis.

Ⓞ ij